Dixit quoq; deus. Prod ucat terra aiam uiuen tem in gre nere

suo. iumenta. reptilia. & bestias terre. secundum speciem suam. factumq; est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta species suas. & iumenta. & omne repti le terre in genere suo ;

Dixit quoq; deus faciam hominem ad imaginem & similitudinem nostram. & presit piscibus maris. & uolatilibus celi. & bestiis. uniuersequ terre omnique creature omq; reptili q; mouetur in terra. Et. c. d. hominem ad ymaginem suam. ad ymaginem dei creauit illum. masculum. & femi nam. benedixitq; illis ds. dicens. Crescite & multiplicamini. & replete terram & subiicite eam. & dominamini piscibus maris. & uolatilibus celi. & uniuersis animantibus que mouentur super terram. Dixitq; ds. ecce dedi uobis omnem herbam afferentem semen super terram. & uniuersa ligna que habent in semetipsis semen generis sui. ut sint uobis in escam. & cunctis animantibus terre. omnique uolucri celi. & uniuersis que mouentur in terra. & in quibus est anima uiuens. ut habeant ad uescendum. Et factum est ita. uidit deus cuncta que fecerat. & erant ualde bona. Et factum est uespere & mane dies sextus. Igitur perfecti sunt celi & terra & omnis ornatus eorum. Complenitq; ds die septimo opus suum quod fecerat. & requieuit die septimo ab omni ope quam patrarat ;

Non q; erat lassus qui longa gigantina passus
Sex p cōpleuit meruitur hora quietis.